

fide et animo sincero pro nostra facultate et intelligentia consulturi  
fauturique, quod sibi quantum vales, volumus ut persuadeas.

Datum apud Aquampendentem sub annulo piscatoris. Die XI  
februarii MCCCCLXIV. Pontificatus nostri anno sexto.

G. de Piccolomini.

Orig. nell'Archivio capitolare di Montepulciano.

### 61<sup>b</sup>. Papa Pio II a Fabiano Benci.<sup>1</sup>

Siena, 4 marzo 1464.

Ha ricevuto le sue lettere sugli affari di Genova, lo loda:  
. . . ac interim studeas omni diligentia efficere ut que oblata sunt  
in auxilium huius sancte expeditionis nostre in Turcos ad constitutum  
tempus parata sint. . . Mittimus tibi facultatem de concedendis in-  
dulgentiis ecclesiasticis illis qui per vota contribuent solutioni quin-  
gentorum ducatorum per clerum Genuensem nobis oblatorum. . .  
Datum Senis. . . Die IIII Martii MCCCCLXIII. Pont. nostri anno  
sesto.

G. de Piccolomini.

Orig. nell'Archivio capitolare di Montepulciano.

### 61<sup>c</sup>. Pio II a Fabiano Benci.<sup>2</sup>

Siena, 5 maggio 1464.

. . . Scripsimus ad te iteratis litteris, ut venerabilem fr<sup>em</sup> nostrum  
P.<sup>2</sup> archiepiscopum Ianuensem conareris inducere ut cum dilecto filio  
nobili viro duce Mediolani se concordaret atque illi obsequeretur,  
sumus enim pacis et concordie cupidi et gravis nobis esset omnis  
turbatio que pacem Italiam turbare ac sanctis inceptis nostris obstare  
posset. Et quoniam facti sumus certiores archiepiscopum prefatum  
non auscultasse ut decebat, paternis monitis nostris ac vias sinistras  
exquirere nec cum duce predicto concordiam amplecti voluisse dubitantes  
ne ex his aliquod gravius scandalum suboriatur: volumus et tibi man-  
damus, ut duci prefato omnem favorem et auxilium exhibeas et pre-  
stes atque ita agas, ut intelligat nos ita tibi mandasse et merito nobis  
scribere possit in laudem tui, quod bene et diligenter in hoc te ha-  
bueris. Dat. Senis, Sub annulo piscatoris. Die V. Maij. MCCCCLXIII.  
Pont. nostri anno sexto.

Orig. nell'Archivio capitolare di Montepulciano.

<sup>1</sup> Cfr. sopra p. 253.

<sup>2</sup> Paulus de Campo Fregoso.